DE CLANDESTINIS CONIVGIIS LIBELLVS.

BASILII MONNERI I. V. D. OLIM IN INCLYTA IENENSIum Academia.

Cap. 2[illegible]. P. P. I. num. 9.

EDITVS AB EODEM ANNO LX. Nunc vero in gratiam veritatis amantium denuo recuſus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

Anno Domini M. D. XCIIII.

EPIGRAMMA IN BA-SILII MONNERI.

Libellum d. Clandeſtinis coniugijs.

SI tanto ſacra Iura volunt conamine plecti
Furta, quibus, ſua res, deſinit eſſe, ſuis.
Quam multo majora decet compeſcere pœna
(Si modo priſcus adhuc ſit pietatis honos)
Iura quib. nihil eſt per clandeſtina parentum
Solvere, pacta, nec his mens, animusq́; fuit.
Scilicet impietas hæc maxima, quamq́; ſupremi
Iudicis irata eſt ſæpé ſecuta manus.
Hoc etiam pietatis amans, Monnerus, et æqui,
Senſit, ut hæc multis charta diſerta probat.
Perlege, et in partem viſis rationibus omnem,
Monnero, palmam, non ſine laude, dabis.

Stephanus Schelhaſe I V D.

CVm Matrimonium iuris ſit naturalis, ut ſapientiſſimè ait Iureconſultus, à Deo inſtitutum, confirmatum ac munitum, Solent ferè quotidiè noui, difficiles, & varij caſus incidere, præſertim hoc tempore, quibus ſuo more Diabolus hoc pulcherr. Et honeſtiſſ. opus Dei, ut omnia, conatur impedire, oppugnare & euertere, Et præterea mentes & conſcientias hominum perturbare, dementare & illaqueare, propoſitus eſt eius generis caſus, qui frequenter vſu venit.

Matrimonium oppugnari à Diabolo.

Et quamuis apud Pontificios ex communi ſententia Doctorum, quæ paſsim hactenus obſeruata eſt in foro, certus ſit ac deciſus: Tamen controuerti cœpit hoc tempore, præſertim in his locis, ubi extat pura Euangelij doctrina, Et non immeritò. Nihil enim ſuſcipiendum eſt, de quo non ſis certus, an Deo placeat: Cum peccatum

Sine fide nihil eſt ſuſcipiendum.

ERPHORDIAE
TYPIS MARTINI VVIT-
tely, impenſis Otthonis á Riſuuick
Bibliſopolæ.

Anno CHRISTI
M. D. XCIV.